Morbio 23 (99)

Innocentius eps servus servor dei Dilecto filio Vicario Venerabilis fratris nri Epi Papien in spiritualibus generali Salt et aplicam ben Nobilitas
generis vite ac mor honestas aliaq laudabilia probitatis et virtutum merita super quibus dilectus filius Alexander de vicecomitibus clicus Mediolanen apud nos fidedigno comen
datur testimonio nos inducunt ut eum specialibus favoribus et gratijs prosequamur Dudum siquidem postquam nos inter alia volueramus qd si aliquis supplicaret sibi de beneficio
quocumq tanquam per obitum alicuius licet tunc viventis vacante provideri ac postea per obitum eius dictum beneficium vacaret provisio dicto supplicanti per obitum huiusmodi denuo
facienda nullius esset roboris vel momenti Vnde de Prepositura ecclie Sancti Stephani de Olgiatevolona Mediolanen dioc que inibi dignitas principalis existit et ad quam consuevit quis
per electionem assumi cuiq cura iminet animar et cuius fruc tus redditus et proventus Quadraginta sex florenor auri de Camera secundum communem extimationem valorem
annuum ut dictus Alexander asserebat non excedebant tanquam per obitum quondam Juliani de Comitibus ipius ecclie Prepositi extra Roman Curiam defuncti licet tunc viventis
vacante sive premisso sive alio quovismodo vacaret dicto Alexandro tunc in decimooctavo sue etatis Anno ut etiam asserebat constituto per alias nras litteras provideri mandavimus
certo sibi desuper Executore deputato ac cum dicto Alexandro ut Preposituram predictam si sibi dictar litterar vigore conferretur recipere et retinere libere et licite valeret dispensavimus
prout in eisdem litteris plenius continetur Cumautem sicut exhibita nobis nuper pro parte dicti Alexandri petitio continebat dictus Julianus tempore Dat litterar predictar nondum
obijsset ac secundum premissa mandatum et dispensatio predicta viribus non subsistant dictaq Prepositura adhuc ut prefertur vacare noscatur Nos dictum Alexandrum
qui ut asserit de Nobili genere procreatus et in vicesimo dicte etatis Anno constitutus existit premissor meritor suor intuitu gratioso favore prosequi volentes ac a
quibusuis excommunicationis suspensionis et interdicti alijsq ecclesiasticis sententijs censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis siquibus
quomodolibet innodatus existit ad effec tum presentium duntaxat consequendum har serie absolventes et absolutum fore censentes necnon omnia et singula beneficia
ecclesiastica sive cura que dic tus Alexander obtinet ac cum cura et sine cura que expec tat necnon in quibus et ad que ius sibi quomodolibet competit quecumq quotcumq
et qualiacumq sint eor ac fructuum redditum et proventuum veros annuos valores presentibus pro expressis habentes discretioni tue per aplica scripta mandamus
quatinus litteras predic tas cum dispensationis ac omnibus alijs in eis contentis clausulis a Dat presentium valere plenamq roboris firmitatem obtinere decernas et ad illar
executionem procedas in omnibus et per omnia perinde ac si dictus Julianus tempore Dat litterar huiusmodi decessisset dictequ littere tibi directe ——— fuissent Non obstantib
premissis et omnibus alijs que in dictis litteris voluimus non obstare ceterisq contrarijs quibuscumq Dat Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice
Millesimoquadringentesimooctuagesimooctavo Quinto Kl Septembr Pontificatus nri Anno Quarto

Mar

Mar. murcellinus
R. Cabredo p Comput

tax. [illegible]
P. A. An [illegible]
[illegible]

A. Rapeluntius

f. de Comitib
Ja. Monazza

[illegible] Monazza [illegible]
[illegible]

[illegible] Februar

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1857974751-18

Mandamus hec expresse [illegible] quatenus litteras mandati de providendo [illegible] hec expresse [illegible] generis [illegible] et minus [illegible] XX. Ex certis [illegible] constituto de prepositura ecclesie sancti Stephani de Olgiate olona
Mediolanensis diocesis [illegible] dignitate [illegible] et [illegible] valore [illegible] [illegible] Romana curia [illegible] licet [illegible] vacante [illegible] super
de [illegible] [illegible] et ad [illegible] [illegible] per [illegible]
de [illegible] [illegible] non obstante [illegible]

Drago

Morbio 23 (99)

XXIX, 116

6)

1488 27. Aug.
Innocenz VIII f.
Alexander Visconti

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1857974751-18